In dei nomine et eius gratia Amen. Noverint universi quod de funta die Jovis vicesima sexta mensis et anni infrascriptorum
venerabilis et honesta religiosa Aldonça de Palol bone memorie priorissa Monasterii beate marie vallis marie
ordinis cisterciensis diocesis gerundensis ipsiusque corpore dicta die ecclesiastice sepulture tradito cum illa qua deret rene renna
Et ea de causa vacet nunc dictum monasterium seu eius prioratum. Ideo ut ne sine pastore rester dictum monaste-
rium die veneris vicesima septima mensis Aprilis anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo
secundo circa hora vesperorum ipsius diei celebrato divino officio ac talia decenti in presentia mei ffrancisci mancesa Regia aucte
notarii publici ville de Blanis orti prioris in villa hostalrici degentis et testium infrascriptorum specialiter ad hec assumptorum
et vocatorum convocato et congregato conventu prefati monasterii per subscriptas pagendis ad sonum campane in domo
capituli et seu intus ecclesiam dicti monasterii ubi dictum capitulum celebrari solitum est et iam alias per ipsius monasterii
negociis dictus conventus convocari et congregari solitum est et consuevit ad quam quidem convocationem et congregationem con-
venerunt et presentes affuerunt venerabiles et religiose Joannota Pastoll subpriorissa et vicaria ipsius monasterii Joanna
Vila Felipa de Heussu et ffrontina Pastoll omnes moniales et conventuales ipsius monasterii et conventum ipsius monasterii
cum ideo non sint intus nec extra plures moniales facientes et representantes volentesque et cupientes divina favente
gratia de priorissa ipsi monasterio provideri sicut providentur existentes et congregate in dicta domo Capituli et ecclesia
et primus ad dominum deum exorantes inquisitione diligenti et spiritus sancti gratia invocata ad honorem dei omnipotentis
et beati bernardi omniumque sanctorum plena concordia et consensu nemine earum discrepante in priorissam dicti monasterii
venerabilem et religiosam dominam Joannotam Pastoll ibidem presentem monialem et conventualem dicti monasterii virginem probam
discretam temperatam et vita honestate predita legittimam etatis et de legittimo matrimonio procreatam unanimiter elegerunt
nominaverunt et providerunt ut eam voluerunt ipsam electionem valere et tenere pleno iure et ut melius teneri valeat
ipsa electio prestare fuerunt quod si in aliquo lapsa fuerit solemnitas solita et debita que ea non servarentur forte
dicta electio valeat tantum quantum valeret ac si in aliquo non peccassent et supplicarunt
dictam venerabilem Joannotam Pastoll ut amore dei considerantes personam honestate virtute et probitate dictam electionem
de ea factam in priorissam ipsius monasterii et conventus valeat acceptare. Et dicta Joannota Pastoll ibidem presens
post multas recusationes amore dei acceptavit dictum prioratum et electionem de ea factam in dicta priorissam
ipsius monasterii et promisit inviolatam regulam ipsius ordinis et omnia que in ea continentur prout tenetur servare
et tenere dictum prioratum et omnia cum bene et legaliter se habere et quod in ea quietem teneat et obligata existat
inviolabiliter observare monialibus et conventui predicto. Et incontinenti dicte moniales et conventuales
ibidem stantes inceperunt laudes altissimo deo dirigere et voci serondo clamantes te deum laudamus et in eo de
moris est ibidem processerunt et ut priorissam et maiorem earum obedientiam et claves omnium rerum dicti monasterii
et conventus tradiderunt in signum vere et legittime possessionis ad eas moniales pertinentis. Et hiis ita ut
predictum est peractis et sequentis predicte moniales sicut ut predictum conventuale et congregare venerunt
et requisiverunt de premissis omnibus et singulis eis et dicte priorisse electe fieri et tradi unum et plura
publicum et publica instrumenta et iusta et tot quot petierunt et habere voluerint pene dictum et infrascriptum
notarium. Que omnia et singula fuerunt acta gesta et secuta per dictas moniales Conventus dicti monasterii
ut predictum facientes et representantes firmata et laudata et per dictam priorissam acceptata in dicta domo
capituli et etiam ipsius monasterii die mense anno et loco prefatis presente me dicto ffrancisco mancesa notario et Marcho
negre parore hostalrici Joanne perolo fastore de massanero et pero fuyan sutore ville de Blanis presentibus ad ista
vocatis specialiter et assumptis ut supra continetur. / Et.

Si—gnum mei ffrancisci mancesa auctoritate Regia notarii publici ville de Blanis
orti habitatoris presentis ville hostalrici qui predictis requisiti interfui dum
sic agerentur eaque scribi feci et clausi. / Et.

Nº 6. 1492 Elecció de Priora del Monastir de Vall de Maria en la Persona de [illegible]
per mort de [illegible] Alonsa de Pilot. A 2 abril 1492. nº 12[illegible]

Vall de Maria.

GARAC

T. 281 x 265

1292

Eleccio dela [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] pasqual del
priorat del monestir de
Vall de maria